Իննամսեայ, Novem menſes, ſive novem menſium ſpati=um. Sic Gregorius Nariek: ait; Novem menſium tempore ſicuti Puer natus eſt Deus, et Homo perfectus; et paulò poſt nutritus eſt Lacte ut Homo, et ab Angelis glorificatus ut Deus.

Ժուժկալեալ: Eſt tempus præteritum modi infinitivi, quod tam activam, quam paſſivam ſignificationem exhibet, componitur autem ſpecialiter in paſſiva voce auxiliô verbi Subſtantivi եմ Sum, quod tamen plerumque in compoſitione non exprimitur, ſed tacitè ſubintelligitur, ut in e.g. in hoc verbo Ժուժկալեալ Retentum fuiſſe videre eſt.

Յարգանդի: Eſt caſus commorativus, qui regitur à ſupradicto verbo Ժուժկալել retinere. Sic e.g. retentum fuiſſe in utero. verba itaque commorativum exigentia ſunt ea, quæ actionem, moram, vel quietem in loco ſignificant.